Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nebras exteriores ibi erit fletus
et stridor dentium. Et dixit ihe
sus centurioni. Vade et sicut cre
didisti fiat tibi. Et sanatus est
puer in illa hora. Et cum uenis
set ihesus in domum petri uidit
socrum eius iacentem et febri
tantem. Et tetigit manum eius
et dimisit eam febris. Et surrex
it ministrabat eis. Vespere autem fac
obtulerunt ei multos demonia
cos. et eiiciebat spiritus uerbo
et omnes male habentes curauit
ut adimpleretur quod dictum
est per esaiam prophetam dicentem
Ipse infirmitates nostras accepit
et egrotationes nostras portauit
Videns autem ihesus turbas mul
tas circum se. iussit discipulos
suos ire transfretum. Et acce
dens unus scribe ait illi. Magis
tr sequar te quocumque ieris. Et
dixit ei ihesus. Vulpes foueas
habent et volucres celi nidos. filius
autem hominis non habet ubi caput
suum reclinet. Alius autem de dis
cipulis eius ait illi. Domine
permitte me primum ire et sepeli
re patrem meum. Ihesus au
tem ait. Sequere me. et dimite
mortuos sepelire mortuos suos.
Et ascendente eo in naviculam
secuti sunt eum discipuli eius.
Et ecce motus magnus factus
est in mari. ita ut navicula
operiretur fluctibus. Ipse au
tem dormiebat. Et accesserunt ad
eum discipuli eius. et suscita
uerunt eum dicentes. Domine
salua nos perimus. Et dicit
eis ihesus. Quid timidi estis
modice fidei. Tunc surgens im
perauit ventis et mari. et facta est
tranquillitas magna. Porro ho
minis mirati sunt dicentes. Quis est
Qualis est hic. quia uenti et ma
re obediunt ei. Et cum uenisset
transfretum in regionem gera
senorum occurrerunt ei duo ho
mines demoniaci de monu
mentis exeuntes. seui nimis.
ita ut nemo posset transire per
viam illam. Et ecce clamaue
runt dicentes. Quid nobis et tibi
ihesu. fili dei. Cur uenisti huc.
ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum pascens. de
mones autem rogabant eum di
centes. Si eiicis nos huc mitte
nos in gregem porcorum. Et
ait illis. Ite. At illi exeuntes
abierunt in porcos. Et ecce im
ipsum impetu abiit per preceps
totus grex in mare et mortui
sunt in aquis. Pastores autem
fugerunt et uenientes nunciaue
runt omnia et de
his que demoniaci habuerant
Et ecce tota ciuitas exiit ob
viam ihesu. et uisa eo rogabat
~~eius~~ eum ut transiret a fini
bus eorum. IX

Et ascendens in navi
culam transfretauit
et uenit in ciuitatem